



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola LXIX. Gregorii Papae I. Ad Petrvm Svbdiaconvm. Tuitionem Cyriaci
& Ioannae commendat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

EPISTOLA LXIX.

GREGORII PAPÆ I.

AD PETRVM SVBDIACONVM.

Tuitionem Cyriaci & Ioannæ commendat.

Gregorius Petro subdiacono.

EGENTIBVS nostræ commendationis auxilio, oportet nos, in quantum ratio patitur, benignamente præbere subsidium. Proinde experientia tuæ Cyriacum & Ioannam coniugem eius præsentium portitores nostra præceptione duximus commendandos, quatenus a nullo eos contra iustitiam opprimi vel grauari permittas. Sed ubi necesse fuerit tuis, annuente iustitia, solatiis perfruantur; ut, salua æquitate, nostram sibi in omnibus commendationem te concurrente prodeesse lætentur. Quia vero præfata femina, pro eo quod post acceptas sponsalitias arrhas ex Iudæa ad Christianam religionem conuersa est, dicitur sustinere molestiam, & eamdem causam iam dictam asseruit, & finitam experientia tua diligenter exquirat: & si causam iudicatam cognoverit, nullam exinde querebam aduersus suprascriptam feminam ulterius quolibet modo reserpere permittat. Sed quæ iudicata sunt modis omnibus conferuentur, ne ob id quod meliorem partem elegisse dignoscitur, malorum hominum controvrsiis quauntur.

EPISTOLA LXX.

GREGORII PAPÆ I.

AD EVMDEM.

Ne episcopi ante hiemem ad se veniant, & de comparatione frumenti.

Gregorius Petro subdiacono.

QVIA fratres & coepiscopos nostros in Sicilia insula commorantes, ad beati Petri apostoli natalitium diem conuenisse voluimus, scriptis præcedentibus agnouisti. Sed quia ea causa, quæ cum viro magnifico * Iustino exprætore dicitur, eorum iter interim præpediuit, & quia iam tempus veniendi & redeundi non finit, eos

S. Leo ep.
4. c. 7.

Ff iij

al. Iusti-
niano